

periculum: tum ut minores faciant sumtus. Vivit mecum Eberhartus Comes Solmen-  
 sis Rector Academiæ, quem humanitas &  
 doctrina valde commendant. Is me utitur  
 præceptore. Vivunt & alii docti, moderati,  
 & Bockwoldio dissimiles (ἡ ταπεινοφροσύνην  
 spectes) nobiles, qui de bonis rebus loquun-  
 tur: & singulis septimanis Juridicas dispu-  
 tationes habent. Ac Domus mea collegii  
 selecti loco habetur a Dn. Consiliariis ipso-  
 que adeo Principe: qui Basiliensibus, soli-  
 cite reditum meum ad diem Joh. Baptistæ  
 (colligendi gregis Academici causa) urgen-  
 tibus, quid respondeat, negat se habere. Mi-  
 hi itaque plane id accidit quod in proverbio  
 est: Hic ventus nec manere sinit, nec navi-  
 gare. Quod si ergo Magnifico viro Dn.  
 Parenti tuo visum est ad me mittere suos  
 caros filios, haud aliter illos excipiam, quam  
 quondam te, qui mihi carissimus semper fui-  
 sti, excepi, & de victu domi meæ, de hospicio  
 itidem prospiciam. Certe tuorum causa  
 alios quosdam, non admittam: quia pie edu-  
 catos præfero cæteris omnibus. Sed si Basi-  
 leam remigrare Deus me jubeat & D. Pa-  
 rens tuus, filios suos hic manere, velit, pro-  
 H spiciam

H

spiciam